



# FORMUŁY UROCZYSTEGO BŁOGOSŁAWIENSTWA NAD LUDEM

(Missale Romanum 2002)

## IN EPIPHANIA DOMINI

**Sacerdos vel diaconus :**

Inclináte vos ad benedictiónem.

**Deinde sacerdos, manibus super populum extensis, dicit benedictionem :**

**S.** Deus, qui vos de ténebris vocávit in admirábile lumen suum, suam vobis benedictiónem benígnus infúndat, et corda vestra fide, spe et caritáte stabíliat.

**R.** Amen.

**S.** Et quia Christum sequímini confidénter, qui hódie mundo appáruit lux relúcens in ténebris, fáciat et vos lucem esse frátribus vestris.

**R.** Amen.

**S.** Quátenus, peregrinatóne perácta, perveniátis ad eum, quem magi stella práevia quæsiérunt, et gáudio magno, lucem de luce, Christum Dóminum invenérunt.

**R.** Amen.

**S.** Et benedíctio Dei omnipoténtis, Patris, et Filii, + et Spíritus Sancti, descéndat super vos et máneat semper.

**R.** Amen.